

Falco.

victor effectus de regis exercitu comprehendit et occidit omnemque illam magnitudinem divitiasque tam ipse quam populus Barensis et Tranensis caeterique quos rogaverat ad propria locupletati detulerunt. Tria millia, sicut audivimus, hominum in bello mortua sunt. . . II. vero die stante mensis Octobris bellum hoc actum est. S. 236 f. (124).

1139. Apostolicus itaque et princeps Robertus Capuanus et Romanorum militia castra eorum amoveri iubent, ut in securiori parte manerent. Dux autem regis filius mille fere equites accipiens insidiis constitutis super apostolici milites insilivit; qui insidias sentientes, terga vertentes per loca diversa aufugiunt. Praefatus princeps et Riccardus de Sapacanina¹ et Romanorum multitudo evasit; multi vero in flumine mortui sunt, multos in captione regis fore audivimus. Apostolicus autem post suos omnes quasi securus incedebat. En ex improvise militum caterva eum aggreditur, heu dolor! ducunt illum ante regis aspectum, captivum illum in tentorio, quod rex illi transmisit, intromittunt: et consequenter apostolici cancellarium Aimericum et cardinales captivos perducunt. X. autem die stante mensis Iulii pontifex ipse captus est. O quantus luctus et moeroris abundantia mentes fidelium invasit! Quid multa? Rex ipse et dux filius eius et princeps XVII.² die stante mensis Iulii ante ipsius apostolici praesentiam veniunt et pedibus eius advoluti ad pontificis imperium usquequaque flectuntur; continuo per evangelia firmaverunt B. Petro et Inno-

Chron. Cisterc.

locupletati³. Tria millia virorum, sicut fertur, in illo conflictu sunt mortui. . . Peracta est pugna hec II. die mensis Octobris. S. 22 f.

Unde apostolicus et princeps cum Romana militia tentoria sua moveri iubent et in securo poni. Filius vero regis positus insidiis cum mille fere equitibus in apostolici milites insilivit; Romani vero sentientes insidias, terga vertentes per incognita loca fugiunt. Evasit princeps Capuanus cum Riccardo de Rave Canina et cum pluribus Romanorum; multi in flumine interierunt, et multi cum apostolico in captionem ducti sunt, licet cum suis omnibus ipse quasi securus incederet. X. autem die stante mensis Iulii in praesentiam regis ductus cum Aymerico cancellario et cum ceteris cardinalibus, heu pro dolor! in tentorium, quod rex iussit, captivus mictitur. Fit itaque luctus et meror inauditus involvens mentes fidelium. . . Quid multa? VII. die stante mense Iulii rex et filius eius ad pedes apostolici prostrati iurantes stare ad eius imperium et ipsi apostolico et eius successoribus canonice intransibilibus fidelitatem servare et cetera sicut in forma fidelitatis continentur. Statim rex de regno et filii eius de ducatu Apulie et principatu Capue per vexil-

1) Statt 'Rupe-' oder 'Ruvecanina'. Bernhardi, Konrad III. S. 163. 166 (Note 38). 174. Der Cistercienser kommt der richtigen Namensform schon näher. 2) Statt 'VII', wie schon Peregrino bemerkte. Vgl. Weinreich, De conditione Italiae inferioris Gregorio septimo pontifice (Dissert. inaug. Regimonti Pr. 1864) S. 92; Bernhardi, Konrad III. S. 168 N. 40. Der Cistercienser hat auch hier das Richtige. 3) Mit Unrecht emendiert Gaudenzi 'locupletatis'. Vgl. Falco S. 197 (104) 'alacritate ingenti locupletati ad eorum propria secesserunt'; S. 227 (120) 'universa bona diripiunt sicque divitiis multis locupletati Pisas redeunt' = Chron. Cisterc. S. 20 'directis bonis ipsius civitatis locupletati redeunt Pisas'.